



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolæ Præpositorum Generalium Ad Patres Et Fratres Societatis Jesu

Oliverius, Horatius

Pragae, 1711

XI. Ejusdem ad Provincial: Societ: An. 1590. 12. Maji. De Jubilæo, &
Missionibus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55386](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55386)

Præpositorum Generalium
Societatis JESU

XI.

R. P. N.

CLAUDI
AQUAVIVA

Præpositi Generalis V.

Sexta,

Ad Provinciales Societatis
JESU.

Anno 1590. 12. Maii.

De Jubileo & Missionibus.

*Iram Dei
tot flagel-
la indi-
cant.*

Quantum in generis humani
tia Divinæ vindictæ furor ex-
serit, satis apertè tot ubique
cis nobis incussa flagella testantur: ne-
tamen, quod pejus est & magis dolendum
ad mores corrigendos quisquam animam
applicat, vel tot verberum causam obli-
vare, aut ea sublata cum lacrymarum im-
bre continuò pacem ac veniam exposcere
& iram

& iram, quæ minatur acerbiora, quàm infert, satagat ullo pacto placare. Contra potius videre est, ad litteram reipsa expressum, quod olim Dominus pæne (ut humano more dicam) fatigatus per Jeremiam pronuntiavit : *Defecit sufflatorium, in igne Jerem. 6. consumptum est plumbum, frustra conflagavit 19. conflagator : malitia enim eorum non sunt consumpta.* Cùm enim Divina Majestas hoc tribulationum igne scelerum nostrorum sordes perpurgare statuisset, tam exilis tamen pietas lucet, tam modicus Religionis fervor exardescit, tantùmque vis amoris proprii cepit incrementum, ut in extremis & salus propria, & divinus honor reponantur.

I. Hæc ea mente loquor, Patres carissimi, ut intelligamus, non jam nobis gradu solito incedendum; sed ardentius multò incumbendum in orationes, pœnitentias, & quod caput est, in studium perfectionis propriæ, rationibus omnibus, quæ ad hoc conducere judicantur efficaciter adhibitis; sic ut non modò tum temporis, cùm in proximi rebus occupamur, verùm etiam cùm ab omni consortio segregati, nobismetipsis vacamus, ejus necessitati sanctorum desideriorum præsidio, ferventibusque nostris precibus opitulari, & à Divina bonitate peccatorum modum aliquem, & verberum finem
ex-

Ira DEI placanda.

exorare valeamus. Enimvero, quid Eos
 fia sancta irati Domini oculis, quod e
 justo furore mitigatum ad lenitatem tra
 cat vel misericordiam, poterit exhiberi
 in tanta totius corporis infirmitate, m
 liores potioresque partes, Religiosi, imp
 (sic enim eos meritissimo D. Grego
 Theologus appellat) ii sint, qui Dom
 nec demulcere possint nec delectare
 sacrarum paginarum acta relatum leg

Mach. 1. Populum Dei, cum Machabæorum
 3. gravissimis vexaretur calamitatibus,

longa multorum dierum jejunia, post
 cretas iteratasque supplicationes, in con
 etu Dei libros legis expandisse; ornata
 sacerdotalia, & Nazaræos ei consecratos
 movisse, demumque voce magna in ca

Ibid. v. exclamasse: *Quid faciemus istis, & quomodo
 50. ducemus?* Volebant quippe, dum sic

no Patri, quidquid ei vehementius esse
 di censebant, offerrent; indignationis
 flammam ita violenter omnia depascere
 mitigare. Quod si nos non ii simus, quomodo
 gnè Divinæ Majestati suæ offerri valeamus
 non video cur ab eo misericordiam meam
 impetremus, quam irritatum gravius
 cerbiores pœnas à nobis reposcendas pro
 vocemus. Subit animum illius tempore
 memoria, cum filii Israël, Domini man

vindicem reformidantes, quod Tribus ali- Josue 22.
quæ altare sacrilegum ædificâssent, pruden-
ter veterem superiorum sæculorum Histo-
riam repetentes, ex inflictâ toti populo pro-
pter culpam unius pœna, eam collegerunt
quæ ob multorum delicta metui debebat
& expectari. *Nõnne Achan, inquiebant, Ibid. v.
filius Zare prateriit mandatum Domini, & su- 20.
per omnem populum Israël ira ejus incubuit?
& ille erat unus homo, atque utinam solus
periisset in scelere suo.*

2. Jam verò in tanta eorum multitu- *præsertim*
dine, qui furorem Altissimi provocant & ac- *à Religio-*
cendunt, si nos Religiosi, qui apud eum se- *sis.*
questres, & pacis cum hominibus faciendæ
interpretes esse debemus; non in uno, aut
altero nostrum, sed in multis, oculos illius
acerrimos, & Sole perspicaciores offenda-
mus; vobis considerandum permitto, quid
sperare jam liceat, præsertim cùm ad illud
officii vinculum, quo tenemur in ejus con-
spectu mundi semper & alacres apparere,
misera temporis hujus conditio, & funesta
rerum præsentium facies accedat. Quam-
obrem duo nobis in mentem potissimum
succurrerunt, quæ duo & in Ecclesiæ san-
ctæ quadantenus emolumentum redunda-
bunt, & tum à nostræ Professionis Institu-
to,

to, tum ab urgente nostrorum temporum calamitate necessario exiguntur.

Que præparatio ad impetrandum Jubilæum necessaria?

3. Primum erit, ut dictum est, tioni, pœnitentiis, fervori, & perfectæ propriæ vacare diligentius: quem in fine promulgatum est Jubilæum, à Sanctissimo Domino Nostro aliquot antè mensibus impetratum, sed hæctenus dilatum, quòd dies universale expectaretur, & maxime quòd non ità pridem ejusdem modi factum indictum. Hoc ego vehementer à vobis nunc requiro, ut omni alacritate & fervore, spiritualium commentationum excitationis, aliisque circumstantiis studiosè curam juxta præscriptam aliàs formulam, designato per Superiores tempore, quod sine longa procrastinatione videbitur opportunitate excipiatis.

Missiones ad vitia extirpanda instituenda.

4. Alterum est, ut ad extirpanda vitia, quæ in mundo latè dominantur; & homines ad ampliorem Dei notitiam, & conditoris sui amorem pellicienda singulis in Provinciis aliquæ Missiones Instituantur, & Professionis nostræ formam instituantur. Quarum numerus in eatur uniuscujusque Provinciæ viribus: & quod Sacerdotes duodecim poterunt emitti, maximum erit fructus atque compendii: verò tot mittere non licebit, saltèm omnia

no sex, superatis omnibus difficultatibus, ut delegentur, exopto. Hi Apostolico more bini & bini progredientur: ubi peculiaris non postulat necessitas, pedibus, & ut veros pauperes decet pergere, non multis onusti libris, aut grandi suppellectilis sarcina gravati, pleni tamen inflammato zelo incedant, ad tolerandum comparati, adque fructum incitato desiderio succensi, discurrent per vicos & castella, minori hominum frequentia habitata, & proinde opis illius magis indiga, tantum in locis singulis immorando, quantum prudentia & fructus operæ spes desiderare videbitur aut suggerere. Inter prædicandum solito caveant accuratius, ut nè pompam, verborumque lenocinia, aut reconditiores doctrinæ sensus consecentur, sed hoc unum sibi ante oculos constituent, ut auditores suos ad Pœnitentiam, odiumque peccati compellant, in S. Vincentii exemplum intuentes, cujus etiam conciones, & ejusdem styli libros aliquot, post Prophetarum & sacrarum paginarum oracula, ad manum potius habere debent, quam alia quæpiam sensa, subtilisve argumentationes. In Pastorum benevolentiam insinuare se penitus enitantur, omnem ab eorum animis suspicionem depellentes, quod ad eos velut Censores aliqui,

mo-

*Modus
Missiones
obeundi.*

morumve Correctores, proficiscantur. C
 Religiosis verò, sicubi eodem in loco
 fabuntur, omni prorsus cum submissione
 & animorum sententiarumque confensu
 se gerent: nè fortè nonnullis videantur
 illud quod ceteri non præstant, vel præ
 re nolunt, exequendum perrexisse.
 rum illud in primis optimum erit factu
 Prælato, vel Diocesis illius, in quam
 operandum profecturi sunt, Vicario Ge
 rali testatam scripto sibi fieri potest
 impetrare, & bona illorum cum venia
 tiæque omnia administrare.

*Quales ad
 Missiones
 diligendi?*

5. Qui verò ad hanc expeditionem
 eatenus Apostolicam, sunt diligendi, et
 dit, ut probata spectatissimæque fide
 turitate sint insignes, quique ad hoc
 cælitus evocati aliqua propensione ferat
 Ad quod suscipiendum speramus in De
 no propter Professionis nostræ oblig
 nem vocationisque gratiam, fore ut ad
 nimum Superioris nutum promptos &
 cres se quàm plurimi sinè ulla tergiver
 ne exhibeant. Præstabit etiam, ut per
 plam habeant facultatem ad exercenda
 cietatis nostræ ministeria, & auxilia am
 rum adhibenda. Quòd si quid aliud
 curret admonendum, id pro sua pruden
 Provinciales, habitâ locorum & personarum

ratione, edocebunt. Tantùm addo, maxi-
mi ponderis totum hoc esse negotium, ur-
gentissimam Ecclesiæ necessitatem, tempo-
ra calamitosissima, ignorationem Dei, &
æternitatis oblivionem incredibilem: indè
verò vim fidei insuperabilem, verbi Dei ef-
ficaciam admirabilem; vulgi & imperitæ
multitudinis desiderium inexplebile, eam
denique in tenui plebecula docilitatem, quæ
vel in provecioribus posset desiderari.

6. Illud autem, per amorem Dei, ad-
vertamus, quàm severam à nobis Dominus
rationem repetet, si vota nostra, litterarum
studia, tot labores in informandis operis, &
necessario comœtu cogendo tolerati,
postmodum angustis parietum nostrorum
finibus coërceantur, tribus aut quatuor mu-
lierculis omnem operam impendendo, cum
interea temporis ceteri universim miserabi-
li fame conficiantur: aut si pariter omnis
nostra ad medendum industria in quatuor
sexve jam refertissimo omnium medicamen-
torum narthecio curandis contrahatur, dum
interim innumeræ gentes insanabilibus con-
fectæ vulneribus, omni remediorum subsi-
dio destitutæ cruciantur. Et quod tane-
dem in tempus arbitramur labores nostros
Dominum reservâsse, aut qua mente in eum
ordinem hunc exercitum distribuisse, vel ei

*Motivum
applican-
di se se
Missioni-
bus.*

tantum robur indidisse cogitamus, nisi
 Ecclesiæ sanctæ obsequium, & animarum
 utilitatem, quidquid in nobis boni, quidem
 esset proficui, spontè proferremus, & libe-
 ter impenderemus. Equidem ità sentio
 cùm infernus ille tenebrarum princeps
 festam aciem eduxerit, ad hanc Domini
 reditatem, qua hæreseos machinis, qua
 catorum tormentis, qua dissoluta vitæ
 consuetudine, qua altissima rerum à
 bus remotarum oblivione oppugnanda
 nobis qui sub ejus signis auctorati mercem
 stipendia, leves aliquas & umbratiles
 debere satis esse velitationes, sed in
 acie, ei egregiè occurrendum. Ego
 hoc de divina bonitate mihi polliceor,
 tanta cum gratiarum copia & ubertate
 biscum esse concursuram, ut felicissimè
 res tota sit exitum habitura. Itaque
 nimo, & quanto possum majore studio
 tribus Provincialibus negotium hoc
 exequendum commendo: simulque
 litteras de destinatis huic operi certè
 faciant: & quàm bene in dies succedat
 peditio, admoneant, postulo. Quod
 enim officio meo defunctus esse mihi videtur
 & omnem de cetero curam habendam
 los deonerâsse, cùm ità præcisè, & ita

jure de tota re constitui; non possum tamen
omnem ejus, quod mihi incumbit, sollici-
tudinem & cogitationem deponere, quate-
nus hoc felicem eventum sortiatur ad ma-
jorem Dei Creatoris gloriam; à quo RR.
Vestris gratiam uberem peto. Romæ 12.
Maii, 1590.

RR. VV.

Servus in Christo

CLAUDIUS AQUAVIVA.

R 2

EPI-